

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli o  
cum fontibus primis

Paulus celi ciuis,  
ecclesiarum columpna,  
angelus terrestris, celestis homo.

Cogita quisnam esset is,  
qui haec verba proferebat:  
Paulus caelorum civis,  
qui corpore erat utcumque circumdatus,  
Ecclesiarum columna,  
terrestris angelus, homo caelestis.

Iohannes Chrysostomus, *De poenitentia homiliae*, 2.5 (PG 49, col.290-1).

Sicut enim missum in ignem ferrum,  
totum profecto ignis efficitur,  
sic Paulus caritate succensus,  
totus effectus est caritas.

Ibidem (Crisostomus de laudibus Pauli omelia I.).

Ut enim missum in ignem ferrum,  
totum profecto ignis efficitur:  
sic Paulus caritate succensus,  
totus factus est caritas,  
qui quasi communis totius mundi esset pater,  
ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur  
parentes: imo cunctos, non carnali tantummodo,  
verum etiam spirituali patres sollicitudine  
ac pietate superabat, et pecunias, et verba,  
et corpus, et animam pro iis,  
quos diligebat, impendens.

Iohannes Chrysostomus, *De laudibus sancti Pauli apostoli homiliae*, 3 (PG 50, col.486).